



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

37. Modus Confutationis per interrogationem: Cicero pro Quinctio, n. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

per scrutatus est Alpes: ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quaereret. Ragem cupiditate vir summo ingenio praeditus, C. Cotta, nullo certo hoste, flagrauit, eorum neuter triumphauit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors ademit. Irrisa abs te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphanti, à qua te longè dixisti abhorere: qui etiam si maius magnum bellum gesserat, ut abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum non putauit. Tu eruditior, quam Piso, prudentior, quam Cotta, abundantior ingenio, sapientia, quam Crassus, ea contemnis, quae ibi idiotae, ut tu appellas, praedicta dixerunt. Quod si reprehendis, quod cupidi laurea fuerint, cum bella, aut parua, aut nulla gesserat: tu tantis uictoriis subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, praemia periculorum, uirtutis insignia contemnere debuisti. Neque uero contempsisti, licet Themista sapientior, sed os tuum ferrum senatus conuicio uerberari noluerit.

Vide item
praclarum
eius ex
plum: de
diuin. n. 53.

Est & illa confutatio ironica, & artificiosa, cum debile aliquod aduersarij praesidium oratores extollunt per iocum, & derisum, ut facilius infringant, sic res militares Verris confutat Cic. 7. Verr. n. 3.

Non possum dissimulare, Iudices: timeo, ne C. Verres propter hanc uirtutem eximiam in re militari, omnia quae fecit, in punè fecerit. Venit enim mihi in mentem, in iudicio M. Aquilij, quantum auctoritatis, quantum momenti oratio M. Antonij habuisse existimata sit: qui ut erat in dicendo non solum sapiens, sed etiam fortis, causa prope perorata, ipse arripuit M. Aquilium, constituitque in conspectu omnium, tunicamque eius à pectore abscidit, ut cecitrices Pop. Rom. iudicetq; aspicerent aduerso corpore exceptas: simul & de illò vulnere, quod ille in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit: eoque adduxit eos, qui erant iudicaturi, vehementer ut uererentur, ne quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset, cum sibi ipse non percipisset, hic non ad populi Rom. laudem, sed ad iudicum crudelitatem uideretur esse seruatus. Hæc eadem nunc ab illis defensionis ratio, utaque tentatur: idem quaeritur, sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium, uitorumque princeps: at est bonus Imperator, & felix, & ad dubia reip. tempora referendus. Non agam summo iure tecum: non dicam

id quod debeam forsitan obtinere: cum iudicium certa lege sit constitutum, non quod in re militari fortiter feceris, sed quemadmodum manus ab alienis pecunijs abstinueris, abs te doceri oportere: non, inquam, sic agam, sed ita quaeram, quemadmodum te uelle intelligo, quæ tua opera, & quanta fuerint in bello. Quid dices? an bello fugitiuorum Sicilia uirtute tibi tua liberata? magna laus, & honesta oratio: sed tamen quo bello nos enim post id bellum, quod M. Aquilius confecit, sic accepimus, nullum in Sicilia fugitiuorum bellum fuisse. At in Italia fuit, tateo, & magnum quidem, ac ueremēs, num igitur ex bello partem aliquam laudis appetere conaris? num tibi illius uictoriae gloriam cum M. Crasso, aut Ca. Pompeio communicandum putas? non arbitror hoc etiam deesse impudentiae tuae, ut quidquam eiusmodi dicere audeas. Obstitisti uidelicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitiuorum copiae possent: ubi? quando? qua ex parte? cum aut nobis, aut ratibus conarentur accedere? nos enim nihil unquam per os audiimus, & illud audiimus, M. Crassi fortissimi uiri, uirtute consilioque factum, ne ratibus coniunctis, freto fugitiui ad Messanara transire possent: à quo illi conatu non tanopere prohibendi fuissent, si illa in Sicilia praesidia ad illorum aduentum opposita putarentur.

N. N.

I. Hac ad apparatus ualeat, & pompam, ubi tenentur iam auditorum animi, nec res tam probationem considerant quam delectationem. itaque in istis argumentis Cicero mirificus artifex in sinuolae laciniolae orationis flexibus ludens, totum illud ostentat apparatus eloquentiae choragium, hypotyposes facit, inducit sermocinationes, modo ridet, modo serio pungit, modo uellicat, & nihil non praestat ad ornandum.

Modus confutationis per interrogationem.

Cicero pro Quintio nu. 36. Ita rotundè aggredditur.

CAPVT XXXVII.

Nego fuisse causam, cur postularer: nego ex edicto possidere potuisse: nego possidisse:

esse, hæc tria cum docuero, perorabo. Non fuit causa, cui postulares. Qui hoc intelligi potest: quia Sexto Næuro, neque ex locutionis ratione, neque priuatum quicquam debuit Quintius, quis huic rei testis est? Idem qui acerrimus aduersarius. In hac re te, te (inquam) testem, Næui, citabo. Annū, & eo diutius post mortem C. Quintij fuit in Gallia tecum, simul Quintius, doce, te petisse nō eo istam nescio, quam innumeraibilem pecuniam, doce, aliquando mentionem fecisse: dixisse deberi, debuisse concedā. Moritur C. Quintius, qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit, hæres eius P. Quintius in Galliam ad te ipsum venit in agrum communem: eo, doneque vbi non modo res erat, sed ratio quoque omnis, & omnes literæ. Quis tam dissolutus in re familiari fuisset, quis tam negligens, quis tamen, Sexte, dissimilis, quis eum res ab eo, qui contraxisset, recessisset, & ad hæredem peruenisset, non hæredem cum primum vidisset, certiorum faceret? appellaret, rationē afferret? si quid in controuersiam veniret, aut infra parietes, aut summo iure experiretur? irane? quod viri optimi faciunt, si qui suos propinquos, ac necessarios, caros, & honestos esse, atque haberi volunt: id Sext. Næuius nō faceret, qui vsque eo feruet, ferturque auaritia, vt de suis commodis nolit aliquam partem amittere, ne quam partem huic propinquo suo vilius ornamentū relinquat? Et is pecuniā, si qua deberetur, nō peteret, qui, quia quod debitum nunquam est, id datum non est, non pecuniam modō, verum etiam hominis propinqui sanguinem, vitamque eriperet conatur? Huic tu molestus esse, videlicet noluisti, quem nunc respirare libere non sinis, quem nunc interficere nefarie cupis. eum tu prudenter appellare volebas? Ita credo hominem propinquum, tui obseruantem, virum bonum, pudentem, maiorem natu volebas, aut non audebas appellare. Sape vt sit cum ipse te confirmasset, cum statuisset de pecuniæ mentionem facere, cum paratus, meditatūque venisset, homo timidus virginali verecundia, subito ipse te retinebas: excidebat repente oratio cum cuperes appellare, non audebas, ne inuitus audiret, id erat profectō. Credeamus hoc Sext. Næuium, cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse.

N. R.

Nota argutum initium, & velle, in quo pugnatitas iudicio ueritatē toto deinde corpore iudicat, vt in iudicio comminorati an iustificationibus, sed acerrimus uerget rationibus, & genitium nauiter insigat aduersario.

Modus per Subiectiōnem frequentissimus,
& optimus.

Cic pro Quintio nu. 41.

CAPVT XXXVIII.

Appellandi tempus non erat? at tecum anno plus vixit. In Gallia agi non potuit at & in provincia ius dicebatur, & Romæ iudicia fiebant. Restat vt lun ma negligentia tibi obstiterit, aut vnica liberalitas: si negligentiam dices, mirabimur; si bonitatem, ridebimus: neque præterea quid possis dicere inuenio. Et pro Sexto Roscio n. 37.

Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur: scelestum, Dij immortales, ac nefarium facinus, atque eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Etenim si (id quod præclare a sapientibus dicitur) vultu sæpe læditur pietas: quod supplicium satis a se reperietur, in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo moti ipsum, si res postulare, iura diuina, atque humana cogebant: In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro extitit, vt si quando auditum sit, portenti, ac prodigij simile numeretur; quibus tandem te C. Erucij argumentis acculatores censet vt oporteret nonne & audaciam eius, qui in crimen vocetur, singularem ostendere, & mores feros, immancmque naturam, & vitam vitij, flagitijque omnibus de ditam, denique omnia ad perniciem profligata, atque perditam: quom tu nihil in Sex. Roscium, ne obijciendi quidem causa, contulisti. Patrem occidit Sex. Roscius: qui homo adolescentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? annos natus magis quadraginta. Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sæpe in cræde versatus: at hoc ab accusatore, ne dici quidē, audistis. Luxuries igitur hominem nimirum, & feris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates, ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgavit Erucius, cū dixit, hūc ne in conuiuiō quidem villo ferē interfuisse. Nihil autē vnquam debuit: cupiditates porro, quæ pos-

M m sunt